



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Dominica III. Quadragesimæ. 16. Confessio peccatorum ad salutem est necessaria, atque ideo utilis est peccatoribus, Deo autem delectabilis, quæ causa est, quod Dæmon, ad hoc, ut nemo nostrum ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

denorem perfectionem vel excellentiam recipere possent, hanc utique per nostram acceptationem esse humanitatem. Unde S. Pater Augustinus in Nat. Dom. diem illum quo Verbum caro factum est, celebrando, dicit: *Es legi sibi in quo nasciturus dicitur quod fuit omnium dicitur: Et sine gratia: aliter non: a teris est dicitur habet adu dignum hic dicitur, in quo Deus (obliviscens velim) in hominem decessur fuisse peruenit. Quodam oblecto promotum esse propter significat: nimirum transire ab una dignitate ad aliam majorem, sicuti ab esse Religiosi ad esse Episcopi, ab Episcopatu ad Cardinatuum, atque ideo Papa dicitur habere seu habuisse promotionem Episcoporum, Cardinalium, &c. Deus igitur in hunc mundum venit, ut in utero Mariæ ad hominis excellentiam promoveretur, quod accidit, dum: *Verbum caro factum est* Joan. 1. Porro verbum incarnatum à Gregorio Nazianzeno orat. 38. alter quidam Melchisedech appellatus fuit, de quo dictum est: *Sine patre, sine matre.* Enimvero Christus Melchisedech similis exitit, quia sine matre in generatione æterna, & sine patre in generatione temporalis. Hanc Nazianzeni doctrinam Niceasina comment. ibi. ita explicat: *Primum enim filius DEI similitudo tantum ex parte**

Melchisedech erat, quatenus matre carebat, at post à quoque Patri expers factus, perfectus jam est Melchisedech. Quando nostram humanitatem sine patre in generatione temporalis assumptis, tunc complete factus est alter Melchisedech: *Perfectus est.* Atque ideo S. Joannes de Verbo ante suam Incarnationem loquens dicit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum:* at verò postea cum factus est homo: *Verbum caro factum est.* Antea erat Verbum: postea autem caro factum est; sed quænam est inter hæc duo verba: *Erat,* & est, differentia, *Phidias* ad pedes cujusdam imaginis Jovis scripsit: *Phidas Carmina filius Atheniensis ma fecit.* Idem quoque Protogenes facere solebat subseribendo picturæ Cupidinis à se factæ: *Proteogenes fecit,* in tempore perfecto, eo quod opera essent quibus in iis quæ perfectionem eorum commendare poterat, nihil omnino deest. Porro Verbo, priusquam incarnaretur, deesse videbatur aliquid, nescio quid, ac proinde *Verbum erat,* Joan. 1. in tempore imperfecto: at verò postquam incarnatus ad nostram est humanitatem promotus, tandem pervenit ad non plus ultra excellentiæ: *Verbum caro factum est:* Et ego attingi *non plus ultra* prærogativarum vineæ nostræ Evangelicæ: Abite in pace.

SERMO DECIMUS SEXTUS.

IN DOMINICAM III

QUADRAGESIMÆ.

Erat JESUS ejiciens Demonium, & illud erat mutum. Lucæ cap. 5.

Quod si quis mihi persuaderet melius esse loqui quam tacere, semper loquar & nihil aliud facere vellem: Quod si quisitem me certificarer, melius & prorsus esse tacere quam loqui, hoc me perpetui silentii condemnarem. Quæritus oblecto, rei hujus veritatem: videtur enim mihi quod loqui sit pars hominis practica, maximaque necessitatis: siquidem natura, quæ perfectonem intendit, quando non est à peregrino aliquo accidenti impe-

ditæ, nasci nos facit cum organo proportionatis & dispositis ad profertendum sermonis accentus: & quisquis loquendi facultate est privatus, creatura imperfecta censetur: Sic quia divina majestas bonum esse judicavit, hominem videre, moveri & operari, pedes ei manus & oculos dedit: unde si censuisset non esse bonum nos loquendo exerceri, utique linguæ instrumentum datura non fuisset. Imò dator omnium bonorum Deus, sciens loquelam esse prærogativam quandam non vulgarem, & gratiam

non omnibus concessam, bonum esse censuit solum hominem loquendi facultate donare. Bestiæ quæ hoc beneficio sunt destitutæ, cum necessitates suas loquendo manifestare non possit, coguntur sæpe præ inedia & necessitate mori, idem quoque nobis contingeret, si per loquelam supervenientes nobis ærumas & miseria exprimeret non possemus. O Deus, quam video in corde meo exonerari & melius sentire dum animi passiones cum amico conferte mihi licet! Notum quoque est, quod ipsi quoque muti linguam suam ad loquendum exsolverint in occurrentibus necessitatibus, prout de Athi Cæsi filio referunt Heodorus & Rhodiginus; quot etiam sunt, qui loquendi talento immortale sibi nomen pepererunt, veluti Tullius, Hortensius, Quintilianus, Pericles, Antonius, Demosthenes, Chrysostomus, & alii, qui si tacuissent, in oblivionis tenebris delitescerent; Propheta quoque Isaia sua purificata sunt labia, ut silentiū tumberet, & se hæc tunc tacuisse vehementer indoluit: *Va mihi quia tacui; Isaia 6.* Verum quidem est Zachariæ impositum fuisse silentium, id tamen ei non in beneficiū, sed in iudicialitatis suæ poenam accidit. Susanna mulier castissima inter lapides probe mortua fuisse, nisi locutus fuisset Daniel, cap. 13. Beati quoque in cælo pro compendio & epilogo beatitudinis suæ habent quod loqui & cantare possint: *Et clamabant alter ad alterum & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus: Apoc. 8.* nec inveniunt silentium observasse nisi tantum ad mediæ horæ spatium: *Fatum est silentium in cælo quasi media hora.* Denique æternus Pater semper loquitur, nec à verbi continuatione unquam cessat, sed semper dicit, semper dicit, & dicit semper dicendo producit verbum, in quantum hæc differentia temporis æternitatem siue aliqua imperfectioe repræsentat. Denique loqui est res pulcherrima, quam qui contemnit, habere non meretur. Et ob hæc rationes mihi persuadeo, filium Dei Evangelici huius muti linguam solvisse ut loqueretur: *Et locutus est mutus.*

Aul. Gel. lib. 5. c. 9.

D. Thom. in 1. dist. 9 q. 1. art. 1.

2. E contra verò (ut verum fatear) multa mala causantur ex locutione, & e contra multa bona ex taciturnitate proveniunt. Turtius est tacere quam loqui, dicebat Theognides, unde Biantes hoc monitum dare solebat: *Audi multa, & loquere pauca.* Xenocrates se locutum esse, non verò tacuisse doluit: *Dixisse me ali-*

quando penituit, tacuisse nunquam. Zenon cum Ptolomæi Regis logatis mensæ accumbens, eisdem inretrogavit, quidnam de factis suis Regi ipsorum retulissent, responderunt vidisse se se *Sinem, qui in convivio tacere noverit.* Siquis verus quoque Sulpitius tenuit silentium usque ad mortem, ut tacendo defestibus, loquendo commissis adferret remedium: *Quid loquenda contraxerat, tacendo veniens immularet.* Inter alia monita, quæ S. Hieronymus Celamæ dedit, unum hoc fuit, ut quoad possibile esset parum loqueretur: *Sermo in omnibus modis est & parvus, & qui necessitatem magis loquendi indicaret, quam voluntatem.* Maxima in eodem Epaminondæ laus fuit, quod scire multum, loqueretur autem parum. S. Thomas de Aquino taciturnitatem adeo dilexit, ut ejus scilicet *Bovem mutum cum appellavit:* Unde ex eius taciturnitate Albertus M. ornatus est futurum, ut suo tempore *Bos sit mutus iam non editurus sit mugurum, ut senem ipse regem admiraturus sit mundus.* Eam ob causam multi servi Dei cognoscentes, quam sit loqui denotum, linguæ suæ silentiū perpetui futurum impoluerit, prout de Agatone Abbate & Paulo Monacho, qui cognominatus est simplex, refertur: nam tribus annis continuis non unquam quidem locuti sunt verbum. Similiter Leontriginta annis cellæ inclusus perpetuum observavit silentium, sciens fortasse veram Catois sententiam: *Nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.* Hinc est, quod sanctus Marcus cap. 8. affirmet, Christum, priusquam loquelam muti redderet, planxisset: *Ingenius;* quia nimitum quam ei loquendi facultas noxia esse poterat optimè sciebat. Ac proinde inter Scylam & Charybdim constitutum me esse invenio, nec scirem utri harum partium per animi sententiam adhaererem, nisi me Ecclesiastes cap. 3. doceret, dicens, quod sit *Tempus tacendi & tempus loquendi;* vel cum Euripide apud Reuln. *Bonum esse tacere ubi necessum est, & ubi tutum est loqui;* quia non minus malum est loqui quando tacere oportet, quam est reprehensibile tacere, ubi loquendum est. Problema itaque hæc tunc ventilatum hæc terminetur decisione. Quando peccator aliquis Deum offendit, malum esse ei tacere, bonum autem ei est, si ad pedes Sacerdotis proterolus peccata sua confitens loquatur: *Cum egressus damnum, locutus est mutus.* Ad hæc igitur loquendi rationem in præfenti discussa vos

exhibebat ob oculos vobis ponendo confes-
sionem necessitatem, utilitatem & consolatio-
nem: Quod scilicet necessitas fit ad salutem:
hancque vobis utilitatem adferat, quod a mul-
tis quos in libere: consolationem quoque
concedit propter Deum quem offendimus. Dum
autem loquens laudo, taciturnitate contem-
pente minime intendo, *V. rumque sapiens est*
ingratum illi Nicol. Reuln. l. 3. lymb. 22.
Et si autem opprobrium, et sermo in sepe vult.
Militat hac hora loqui conuenit, vobis ta-
reas, & attende a uultate. Ordiamur:
1. *ERAT IESUS sicut dicitur, et illud*
erat mutus et locutus est mutus, et admirata
factura eius. Non erat hic demon mutus for-
miller, sed efficaciter, id est, impediens hunc
hominem Evangelium ne loqueretur. Cate-
ram vero demon voluisset hunc hominem
caecum huius fuisse prae dicitur, *quia loquen-*
dam multa peccata commisit, inquit. Adulenti;
quod licet verum sit, non tamen idem est dae-
mon desiderium, postquam commissum est
peccatum, scilicet eam quam sit nostrae salutis ne-
cessitas confessio: hoc autem est ad significan-
dam quod diaboli praeceptum intendit vobis ora-
culum, ne peccata nostra confitemur. Pri-
mo autem ulterius procedamus, ad verten-
dam hanc est, necessitatem hanc duobus modis
considerari posse, vel enim est necessitas secun-
dam quod, vel ad bene esse, quae appellatur ne-
cessitas commoditatis: quomodo necessarius
est, quod alius terminis necessitas simpliciter
commoditas: quo modo necessaria sunt illa me-
dia, sine quibus impossibile est nos sine aliquo
consequi posse, ut si dicemus, ad sustentatio-
tem vitae cibum & respiratio sunt duo media ne-
cessaria sine quibus, siue quibus impossibile est
vitam posse. quando ergo dicitur, confessione
ad salutem consequendam necessitatem esse, id
proprie intelligi debet, quod scilicet sit neces-
sitas simpliciter ad esse rei. Et hoc sensu intelli-
gitur S. Thom. in addit. ad 2. p. q. 6. a. 1. quando
dicit: Confessio est necessaria ad salutem eius,
quae in peccatum originale vel mortale cecidit.
4. Ulterius observandum est, confessio-
nem duplex generis esse: prima a Theologis
appellatur confititrix, vel reconciliatrix, & est
quando proximo nostro aliquam imperfectio-
nem nostram, vel scrupulum conscientiae ex
defectibus nostris causatum manifestamus, ut
in peccato committitur, aut bonum nobis praebet

consilium; vel etiam quando defectus nostros
vicissim seu reciprocè inter nos sponte agnos-
cimus, ut *in vicem condemnemus*, V. G. Tu
mibi hanc fecisti injuriam, habeo tamen te ex-
cusatam, ego vicissim tibi molestus fui, id ta-
men ut pariter condona, & pro nihilo reputa-
erimus amici ut prius: & hoc sensu intelli-
gitur confessio facta a fratribus Josephi, dum di-
cebant: *Servivi tui sumus, non sis memor fratris*
tui tui. Ita quoque pincerna Pharaonis con-
fessus est Josepho se ejus per tres annos conti-
nuò oblitum fuisse: *Confiteor peccatum meum.*
Genes. 41. Hæc autem confessio non ad pro-
positum nostrum. Alia autem est confessio
sacramentalis, de qua S. Jacobus Apostolus
cap. 5. dixit: *Confitemini alterutrum peccata*
vestra: Quae verba Origenes hom. 2. in Le-
vit. Chrylost. lib. 3. de Sacerd. August. l. 50.
hom. 12. & alii de verâ & perfectâ sacramen-
tali confessione intelligunt, quæ a S. Joanne
Chrylost. ita describitur: *Confessio est salus a-*
nimarum, remissio peccatorum, recuperatio vir-
tutum, fuga demonum, obstruatio oris inferni,
et aperiatio paradisi. Et S. August. dicit: *Confessio*
est per quam morbus latens spe venia aperitur
in qua definitione tria præcipue continentur,
scilicet materia, actio, & finis. Materia est mor-
bis latens, actio est aperiatur, finis denique spe
venia: Et hæc quidem ultima particula adjun-
gitur ad illius confessionis, differentiam, quæ sit
potius ratione timoris quam spe venia. Hæc
autem confessio quæ Deo fit eâ spe, ut peccata
confessa dimittantur; iterum subdividitur, alia
enim vocatur confessio *in re*, quæ fit, quando
pœnitens effectivè ad pedes Sacerdotis pro-
stratus defectus, & offensas Dei cum dolore &
contritione manifestat, & hæc est necessaria,
quoties fieri potest, & pœnitens per aliquod
suisitrum accidens non est impeditus; alia
verò a sacris Theologis dicitur confessio *in*
voto, vel *in desiderio*, tunc fit, quando
peccator aliquis libenter confiteri vellet, &
commoditatem id faciendi non habet: tunc
Deo enim promptitudo illa animi satisfacit:
Unde si aliquis affectus esset in habilitate con-
fiteri effectivè, & *in re*, necessarium est sim-
pliciter, ut occurrente casu necessitatis ad mi-
nus confiteatur *in voto*, id est habeat deside-
rium & intentionem confitendi *quoties quoties*.
Unde Magister Sententiarum (4. dist. 17. l.
D. dicit: *Indubitanter ostenditur, oportere*
Deo primum, deinde Sacerdoti offerre confes-
sionem,

Handwritten notes in a cursive script, including the words "Confessio" and "in re".

sonam, nec aliter posse perveniri ad ingressum paradisi, si ad sit facultas.

5. S. Thomas (ubi sup.) necessitatem confessionis comparat necessitati baptismi, ita ut sicut sine baptismo vel in re, vel in voto, nemo potest salvati, dicente Salvatore: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Joan. 3. Ita quoque confessio est de necessitate salutis in facto, cum ad est facultas, vel saltem in proposito, eam est possibilitas confitendi. Et S. Thomas Doctus Angelicus (in 4. d. 17. q. 3.) sententia concludit: Penitentia, cuius pars est confessio, est sacramentum necessitatis, sicut baptismus: cum ergo in baptismo nullus dispensare possit, nec in confessione aliquis dispensare poterit. Sed ad Scripturas sacras descendamus. Dina curiositate mota ut licet mores, & vestitendi modum, & formam mulierum Sichemitarum videre posset, a suis discedens in civitatem Sichem se contulit, secum adferens elegantiam & ornatum vestibus, & ratam vultus sui speciem & pulchritudinem, quae tanta erat, ut nullus non accurreret ad eam videndam & observandam; ne quid amplius dicam, Princeps Sichem filius Emor Hevae tandem per civitatem obambulans occasionem captavit eam obviam salutandi, quam ut vidit, maximam habuit ex formâ & corporis elegantia, nec non moribus illius complacentiam, adeo ut ingentem erga eam amoris flammam in pectore suo sibi accendi sentiens, continere se non potuerit, quin facta ei violentia eandem opprimeret: Quam cum vidisset Sichem, filius Emor Hevae, princeps terra illius, adhaeruit eam & rapuit. Deus autem voluit ut Simeon & Levi filii Jacob, & fratres Dinæ, illatam sibi injuriam ferro vindicarent, & masculam familiæ suæ inultam transgressoris alicorumque adhaerentium sanguine abluerent: Simeon & Levi gladiis ingressi sunt urbem confidenter, interfecitque omnibus masculis Emor, & Sichem pariter necaverunt. Sed inquit: Nunquid jam de iis, quæ facta fuerunt, cum partibus conveniant: cur igitur sub specie pacis eos tradunt, & verbis suis fidem non servant? Verum quoque est, quod Rex & Princeps chartam eis albam dederit, ut votum suum & desiderium in eâ liberè exprimerent, parati enim erant eis concedere, quidquid delictate possent: Quacunque staveritis dabo; augete dotem, munda postulate, & libenter tributum quod petieritis, De quo igitur lamentari

Reim. de Pis. c. 6. de confess.

Gen. 34.

poterant? aut quo fine adeo severam omneque rationis limites excedentem vindictam intulerunt? Augetur in me difficultas ex certâ quadam oratione quam Judith in oratorio suo ad Deum effudit, quando priusquam ad eoque dum conceptum circa Holofernem factus Deo se recommendavit dicens: Dominus Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem a tenigantem; qui violatore exterunt, Judith 9. vel ut Sixtina legit: Cui dedisti in manus gladium in ultionem a tenigantem. Num igitur Deus Simeoni gladium dedit, ut tanta eum crudelitate se vindicaret? videbatur potius Deum ex crudelitate magis offendendum esse; nunquid enim iam gentilitatem illiusque mores desererant? nunquid circumcisi erant, adeoque honori Dei factum fuerat. Adhuc nunquid etiâ Dinæ dos auerant? nunquid illâ sibi desponsa veras Sichem? Et tandè Sichem Princeps erat, Dina autem simplici cujusdam pastoris ovium filia, ecce qualiter Dinæ & fratribus suis quoad omnem obitum satisfecerit: Si igitur partes obligationis suæ perfectè adimplevit: Cur Deus postea Simeoni & Levi ferrum in manus consignavit, ut libiliteret stuprum jam per omnia latitudinis genera reconciliatum vindicaret? cur morte punire voluit eos, quibus commissus error condonatus erat? Ingeniosè hanc difficultatem solvit Dionysius Carthus. (ap. Bazet. 1. cap. 5. 10) dicens, Principem Sichem attendisse ad accessoria, principalis autem obitum fuisse, siquidem commissum errorem confessus non fuerat: per quod Deus insinuat voluit, tantam esse confessionis necessitatem, ut sine illa nec Deus placari, nec peccator veniam impetrate, & consequenter multo minus salvari possit. Princeps ille nunquam invenit confessus fuisse suum factum, nec se criminem appellasse. Et idè nulla alia satisfactio, nec regalibus nuptiis, nec ingenti dote, nec sacre voto cum sancto, nec religione suscepta potuit Deum placare, & se ab eius ira liberare; volens per hoc Deus peccatori significare, quod ad consequendam æternam salutem quævis alia opera sine confessione in re vel in voto, in factis, vel in proposito facta, vana sint. Confirmemus hanc veritatè duobus factis scripturæ inter se diversissimis, quorum unum est Patri, alterum Filii.

6. Deus ille qui iustus est iudex, & nullius creatura viventis faciem respicit; Deus, inquit, ille, qui pœnas juxta demerita cuiusque dispense-

ter offensum erubuit: *Abcondit se Adam à facie Domini*, postea divinam justitiam timuit *Vocem tuam audivi & erubui*, tandem verè sibi confessus est peccatū: *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedi mihi de ligno & comedi*. Agendum igitur à Adam, maecte sis animo, tua naniq̃ confessio te salvat ab alias tibi imminente supplicio: *Eo quod Cain negavit, & Dio abcondit peccatum suum, majorem in se penam deitavit*: Adam vero quia confessus est, magnum illud à se supplicium depulit. Ex horum igitur duorum casuum diversitate facile arguere licet, quanta sit ipsis peccatoribus incumbens necessitas confessionis ad consecutionem salutis.

7. In palatio magni cujusdam principis cum ingenti magnificentia & ferulorum lautitie & multiplicitate, solemnes celebrabantur nuptiæ. Accidit autem, quod homo aliquis temerarius, effrons, & præsumptuosus, humili parentela oriundus, ne quicquam curans se sordide & lacere vestitum incedere, res suas eo perduxerit, ut ad eandem & ipse aditum acceperit; postquam autem mensa omni suo apparatu instructa & præparata, & ferula in eandem illata fuissent, sordidus hic vir se una cum aliis permiscens, eisdem quoque mensæ accumbit, cum ecce Princeps triclinium, in quo nuptiæ agebantur, ingreditur, tum ut videret convivas suos, tum ut ferulorum numerum & dispositionem consideraret, an scilicet sufficientia & bono ordine collocata essent. In medio autem triclinio ab E-phebis aliq̃; aula ministris circumseptus vultu ridente gaudebat de tam pulchri apparatus, tamq̃; inclytæ nobilitatis ibidem congregatæ aspectu: mox autem ex improvviso vultus ejus turbabatur, & pede tetram pulsans, ministros, ut præsto sint advocat, qui tremebundi ad volantes comparent, metuentes ne fortè defectus aliquis in ferulis notatus fuisset, Dominus autè extensa manu dixit: *Ecquis temerarius ille ab altera parte, videre an illa sint vestimenta, quibus aliquis in nuptiis comparere auit? Quomodo inter tot nobilitate insignes viros, vestibus auto & argento intertextis indutos intramittere se potuit pauper ille mendicis, vestibus quas agalones portare erubescerent accinctus? Tecum loquor, nunquid audis effrons & temerarie? quis te ad hæc nuptias introduxit, quomodo huc ingressus es? Suntne hi panii, qui ejusmodi solemnitatem & inclytam societatem condeceant? Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Matth. 22.*

ter offensum erubuit: *Abcondit se Adam à facie Domini*, postea divinam justitiam timuit *Vocem tuam audivi & erubui*, tandem verè sibi confessus est peccatū: *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedi mihi de ligno & comedi*. Agendum igitur à Adam, maecte sis animo, tua naniq̃ confessio te salvat ab alias tibi imminente supplicio: *Eo quod Cain negavit, & Dio abcondit peccatum suum, majorem in se penam deitavit*: Adam vero quia confessus est, magnum illud à se supplicium depulit. Ex horum igitur duorum casuum diversitate facile arguere licet, quanta sit ipsis peccatoribus incumbens necessitas confessionis ad consecutionem salutis.

7. In palatio magni cujusdam principis cum ingenti magnificentia & ferulorum lautitie & multiplicitate, solemnes celebrabantur nuptiæ. Accidit autem, quod homo aliquis temerarius, effrons, & præsumptuosus, humili parentela oriundus, ne quicquam curans se sordide & lacere vestitum incedere, res suas eo perduxerit, ut ad eandem & ipse aditum acceperit; postquam autem mensa omni suo apparatu instructa & præparata, & ferula in eandem illata fuissent, sordidus hic vir se una cum aliis permiscens, eisdem quoque mensæ accumbit, cum ecce Princeps triclinium, in quo nuptiæ agebantur, ingreditur, tum ut videret convivas suos, tum ut ferulorum numerum & dispositionem consideraret, an scilicet sufficientia & bono ordine collocata essent. In medio autem triclinio ab E-phebis aliq̃; aula ministris circumseptus vultu ridente gaudebat de tam pulchri apparatus, tamq̃; inclytæ nobilitatis ibidem congregatæ aspectu: mox autem ex improvviso vultus ejus turbabatur, & pede tetram pulsans, ministros, ut præsto sint advocat, qui tremebundi ad volantes comparent, metuentes ne fortè defectus aliquis in ferulis notatus fuisset, Dominus autè extensa manu dixit: *Ecquis temerarius ille ab altera parte, videre an illa sint vestimenta, quibus aliquis in nuptiis comparere auit? Quomodo inter tot nobilitate insignes viros, vestibus auto & argento intertextis indutos intramittere se potuit pauper ille mendicis, vestibus quas agalones portare erubescerent accinctus? Tecum loquor, nunquid audis effrons & temerarie? quis te ad hæc nuptias introduxit, quomodo huc ingressus es? Suntne hi panii, qui ejusmodi solemnitatem & inclytam societatem condeceant? Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Matth. 22.*

Ambr. q. 72. vet. testam.

Num

Handwritten notes in the right margin:
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...

Basilius Quadragesimalis

G 2

Nam forte elinguis es? cur non respondes? aut ob saltum tibi verba deficiunt? Ite igitur subitò, ò ministri mei, abigite illum è nuptiis, quibus tanquam omninò indignus non meretur accumbere; Ligate ei manus & pedes, & condemnatum in obscuro carcerè detrudite: *Projicite eum in tenebras exteriores ligatu manibus & pedibus.* Enimverò non quidem inficiòs, quin valde indecens fuit, hunc lacerum & repetiata veste indutum hominem; inter tot tam augustè vestitos nobiles & principes accumbere, attamen ex altera quoque parte videtur Regem non debuisse hunc miserum tantum cum severitate & ignominia multare, maxime cum eum ore proprio amicum vocet: *Amice quomodo huc intrasti?* quomodo enim in amicum tam diuis verbis animadvertere potuit dicendo: *Projicite eum in tenebras exteriores?* Enimverò non est quidem dubium, quin Princeps primitus ob indecentem quo in nuptiis amictus comparuit habitum indignatus & iratus fuerit; at verò quod illum à nuptiis abegerit, & ad tenebras exteriores condemnaverit, id ipsam ex hoc (*obmutuit*) primam suam originem traxit; Non enim confessus est commissum à se errorem, atque ideò supplicis potius quam nuptiis adjudicari, potius in tenebris quam in palatio regio commorari debuit: Atque ideò sacer textus ait: *Tunc ait Rex ministris, id est, Tunc, quando obmutuit.* Unde Galfridus: *Tunc videlicet, non ubi ille sine nuptiali veste introiit, sed postquam admonitus siluit, interrogatus obmutuit. Et noluit confiteri.* Voluit igitur Spiritus S. per hunc casum parabolicum nobis insinuare, quod ex quo sordida peccati veste induti, in super muti sumus, nostrasque culpas non confitemur, indignos nos reddamus qui nuptiis caelestibus assistamus, hæ enim necessàrio à nobis prærequiruntur loquamur, & errores nostros commissos confiteamur.

8. Verum enim verò, quantum hic ad nuptias se sordidè vestitum ingenero impudens fuit, tantum latro in cruce de sua prudentia & sagacitate commendatus. Nescio an aliquando observaveritis combinationem illam verborum Dismæ loquentis in cruce. Nam ad latronem reprobum conversus, imprimis eum de suo impudenti modo loquendi reprehendens ait:

Lus. 23.

Nos quidem digna factis recepimus, hic autem quid mali feci? quasi diceret. Nos qui scelerari peccatores sumus, & ego quidem præ cæteris omnibus, per tot latrocinia, furta, homicidia,

à nobis patrata, mille mortes promeriti sumus, ac proinde hoc supplicium nihil est respectu illius, quod mihi & tibi debetur. Postea verò ad Dominum conversus, Paradisum ad eum postulavit dicens: *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Porò hæc verba prima facie consideranti, haud immetitò videtur possent, latronem hunc valde parum sapientis; Ex duobus namque negotiis semper illud prius aggrediendū est, quod majoris est momenti; ac proinde existimarem, quod magis & potius urgere debuisset acquisitionem Paradisi, quàm sui consodalis reprehensionem; prius tractandum fuisset cum Christo pro impetrando regno caelesti, ex quo tempus ei adhuc suppetebat, & rei ipsius ingens momentum id merebatur; postea verò curandum erat ut locus emendaretur; Prius igitur Christo dicere debuisset: *Domine memento mei, & postea; Ne quis in digna factis recepimus.* Verum tamen dicendum est, latronem hunc congruentissimo ordine & modo fuisse locutum; sciebat enim peroptum confessionem ad cælum obtinendum medium esse prænecessarium, ac proinde prius sollicitus est pro peccatis suis rite confitendis, & postea supplicat pro impetrando Paradiso, quem & confestim sine repulsa obtinet: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* Audite Chrysostomum: *Non est ausus dicere: Memento mihi, nisi confessione peccati sarcinam remississet.* Nolo hoc loco præterire, quod in hanc etiam rem sanctus Eulogius scribit, dicens: *Qualibus inter ipsa mortis dispensia miracula coruscavit qui (ut ita dixerim) totius vitæ suæ miram latrocinis, rapinis, prædique exiguè; Et iam enervatus confessione momenti tanto scelere non tantum evasit, verum etiam dignus comitatu redemptoris primus paradisi possessor habetur, dicens Domino: Hodie mecum eris in paradiso; id quod non fuisset cõsecutus, nisi suos fuisset commissos errores confessus, siquidè ad salutem assequendam necessàrio præcedere debet confessio.*

9. Et tamen non desunt rationes ad minus apparentes, quibus nonnemo contrarium eorum quæ de confessionis necessitate diximus, demonstrare possit; Primo etenim loco adducti possent nonnullorum opinio, qui dicunt quod unicus contritionis actus ad peccatum delendum, & consequenter ad consequendam salutem sufficit, ad quid igitur opus erit confessione ceterè consequenter eam superfluum esse dicendam videtur. Addi quoque possent doctrina sancti Augustini

Galfrid.
in Alleg.

Tunc videlicet, non ubi ille sine nuptiali veste introiit, sed postquam admonitus siluit, interrogatus obmutuit. Et noluit confiteri. Voluit igitur Spiritus S. per hunc casum parabolicum nobis insinuare, quod ex quo sordida peccati veste induti, in super muti sumus, nostrasque culpas non confitemur, indignos nos reddamus qui nuptiis caelestibus assistamus, hæ enim necessàrio à nobis prærequiruntur loquamur, & errores nostros commissos confiteamur.

8. Verum enim verò, quantum hic ad nuptias se sordidè vestitum ingenero impudens fuit, tantum latro in cruce de sua prudentia & sagacitate commendatus. Nescio an aliquando observaveritis combinationem illam verborum Dismæ loquentis in cruce. Nam ad latronem reprobum conversus, imprimis eum de suo impudenti modo loquendi reprehendens ait:

Lus. 23.

Nos quidem digna factis recepimus, hic autem quid mali feci? quasi diceret. Nos qui scelerari peccatores sumus, & ego quidem præ cæteris omnibus, per tot latrocinia, furta, homicidia,

à nobis patrata, mille mortes promeriti sumus, ac proinde hoc supplicium nihil est respectu illius, quod mihi & tibi debetur. Postea verò ad Dominum conversus, Paradisum ad eum postulavit dicens: *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Porò hæc verba prima facie consideranti, haud immetitò videtur possent, latronem hunc valde parum sapientis; Ex duobus namque negotiis semper illud prius aggrediendū est, quod majoris est momenti; ac proinde existimarem, quod magis & potius urgere debuisset acquisitionem Paradisi, quàm sui consodalis reprehensionem; prius tractandum fuisset cum Christo pro impetrando regno caelesti, ex quo tempus ei adhuc suppetebat, & rei ipsius ingens momentum id merebatur; postea verò curandum erat ut locus emendaretur; Prius igitur Christo dicere debuisset: *Domine memento mei, & postea; Ne quis in digna factis recepimus.* Verum tamen dicendum est, latronem hunc congruentissimo ordine & modo fuisse locutum; sciebat enim peroptum confessionem ad cælum obtinendum medium esse prænecessarium, ac proinde prius sollicitus est pro peccatis suis rite confitendis, & postea supplicat pro impetrando Paradiso, quem & confestim sine repulsa obtinet: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* Audite Chrysostomum: *Non est ausus dicere: Memento mihi, nisi confessione peccati sarcinam remississet.* Nolo hoc loco præterire, quod in hanc etiam rem sanctus Eulogius scribit, dicens: *Qualibus inter ipsa mortis dispensia miracula coruscavit qui (ut ita dixerim) totius vitæ suæ miram latrocinis, rapinis, prædique exiguè; Et iam enervatus confessione momenti tanto scelere non tantum evasit, verum etiam dignus comitatu redemptoris primus paradisi possessor habetur, dicens Domino: Hodie mecum eris in paradiso; id quod non fuisset cõsecutus, nisi suos fuisset commissos errores confessus, siquidè ad salutem assequendam necessàrio præcedere debet confessio.*

9. Et tamen non desunt rationes ad minus apparentes, quibus nonnemo contrarium eorum quæ de confessionis necessitate diximus, demonstrare possit; Primo etenim loco adducti possent nonnullorum opinio, qui dicunt quod unicus contritionis actus ad peccatum delendum, & consequenter ad consequendam salutem sufficit, ad quid igitur opus erit confessione ceterè consequenter eam superfluum esse dicendam videtur. Addi quoque possent doctrina sancti Augustini

Augu.

Augusti. ap. Bart. de Pisis cap. 6. de confess. dicitur: *Quid ubi peccatum nascitur, ibi debet mori, id nascitur in corde per consensum & delectationem ergo debet mori in corde per contritionem.* Unde consequenter deducitur, quod mediante unica perfecta contritione infallibiliter salvati possimus. Præterea apud omnes certum est, quod omne contrarium removeatur & dissipetur per suum contrarium, peccatum autem non est contrarium confessioni, sed gratia Dei; atque ideo Maria Magdalenæ sine peccatorum suorum confessione, in virtute gratiæ divinæ culparum suarum confectura est ad abolitionem: *Remittuntur tibi peccata tua. Lachrymas lego, confessionem non lego,* inquit S. Ambr. Verum enim verò eheu quantum deperit, quisquis huic opinioni adhaerere molitur! Non est quidem dubium, quin contritio virtutem habeat peccata delendi, illa tamen contritio includere debet, & de facto includit, si est vera contritio, propositum confitendi quamprimum tempus & occasio id ipsum faciens, se præsentabit. Neque S. Augustinus per suam doctrinam huic veritati contradicit. Non tamen per hoc negare intendo, quod peccatum oppositum sit gratiæ, sed hoc tantum indubitabile esse assero, quod, ut peccatum ab anima tollatur, & gratia eidem infundatur necessarium sit, ut servetur modus à Christo Domino collatus, id est, instigatur confessio. Unde Doctor Ang. D. Th. in 4. sent. d. 17. q. 3. a. 1. nos docet, quod *Ad gratiæ infusionem consequendam anima sunt gratia Sacramenta, ante quorum institutionem vel actum, vel propositio aliquis gratiam non consequitur.* Ceterum quod ad Mariam Magdalenam attinet, an illa confessã fuerit, an verò non, quia id ab Evangelistis non exprimitur, id illud nec absolute affirmare, nec pertinaciter negare possumus, & ratio est, juxta doctrinam Th. Multa enim facta sunt, quæ non sunt scripta. Et tamen etiam hæc sancta pœnitens confessio non fuisset, id tamen confessionis necessitati ne quicquam præjudicaret. Quia Christus habet potestatem excellentiam in Sacramento, unde invenitur, quæ ad Sacramentum pertinent, potestatem rem Sacramenti conferre. Nec est, quod quis mihi objiciat, dicendo confessionem ab homine institutam, atque ab Apostolo Jacobo institutam esse: *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Ac prout de minus Papam dispensare posse, ut quis salvetur, & tamen confessus non fuerit. Unde sequetur ipsam minime ne-

Paulisti Quadragesimali,

cessariam esse? Respondeo enim cum sancto Thoma ubi supra: Confessionem à Christo institutam, à sancto Jacobo autem promulgatam esse: Et ex paritate confessionis cum baptismo probatur indispensabilitas confessionis; quia sicut Papa non potest dispensare, ut quis sine baptismo in effectum, vel in affectu salvetur; ita quoque dispensare non potest, ut quis salvetur sine confessione. Terminemus igitur hoc punctum cum S. Ambrosio (lib. de parad.) dicente: *Non potest à peccato justificari quisquam, nisi ante fuerit confessus.*

10. Porro si necessitas confessionis vos ad eam instituendam urgere non potest, ad minus peccata vestra confiteamini ob ingentem utilitatem, quæ in quemvis debitis cum circumstantiis ritè confessum abundat. S. Pater Augustinus tom. 10. homilia 41. hoc confessionis verbum, *peccavi*, in balneo statuit, & illius tres Syllabas ex quibus *Peccavi* componitur, cum attentione ponderans, easdem magni apud Deum valoris esse dicit. Hæc ejus sunt verba: *Tantum valent tres syllabæ, tres Syllabæ sunt peccavi, sed in his tribus syllabis flamma sacrificii coram Domino ascendit in caelum.* Necessarium tamen est, ut peccator illas bene expendere velit, si illas sibi utiles esse velit. Syllabæ hæc virtutem habent transformandi peccatores in sanctos, verbum *peccavi* sufficiens est ad eripiendam animam è manibus dæmonis, & efficiendum ut eadem Dei filia efficiatur. Confessio etenim origo est plurimum bonorum, quam peccatum mala causare possit: Hæc enim à sancto Ambrosio omnium errorum nostrorum remedium vocatur: *Erroris medicina confessio est.* A sancto Gregorio vox sonora dicitur, quæ penetrat caelos, & ad aures usque Dei pertingit: *Vox valida apud aures Dei firma confessio est.* A sancto Chrysostomo appellatur balneum, in quo omnes infirmitates nostræ curantur: *Confessio est balneum, quo peccati serdes abluntur.* A sancto Ambrosio nominatur pretium nostræ Redemptionis, quod nos in aeternitate gloriæ immortales vivere facit: *Pretium redemptionis, & immortalitatis.* A sancto Vincentio Ferrerio gradus & scala esse dicitur, per quam in caelum conscendere feliciter possumus: *Confessio sacramentalis est gradus quidam, per quem ascendimus in caelum.* A sancto Bernardino Senensi inticulatur tribunal misericordiæ superius existens tribunali

Gg 2

Frans.
Mend.

nali iustitia: Quid est confessio, nisi curia misericordiam super curiam iustitia Dei: Ab aliis dicitur Civitas refugii, in qua contumaces a divina vindicta allecurantur: Civitas refugii. Has igitur & millenas alias confessionis proprietates a sacris Scripturis reclaras bene considerate, ac tum demum prudentia vestra confidendum relinquamus, an & quantum confessio sit utilis. Nolo hic præterire, quod ingeniosus Poeta quidam scribit.

Ludov.
Cruc. in
prol. pro
digi Tra
gicom.

Quicumque dira labe peccati tumet,
Sensitque morbi luridi impostam,
Animum dolore purget agrotus, suas
Maculas faciendo, justus hoc poscit Deus.
Medicina sceleri nulla curando potest
Excogitari major, ex animo trahit
Omne hoc venenum: nec lacesstum sinit
Punitre diro fulmine nocentes Deum.

Exech. 18.

11. In Tribunali divinae iustitiae puniuntur peccatores per sententiam mortis: Anima qua peccaverit, ipsa morietur. Condemnandi deinceps ad poenas æternales: peccatores autem ad tribunal confessionis appellante revocantur determinationes divinae iustitiae, & absolvitur omnino quoad culpam, poena autem transfusa in æterna in temporalem. Si quis conspici se gravari in curia iustitia Dei: (inquit S. Bernardus Senensis) securè appellare potest ad curiam confessionis, & necesse habet iustitia huic appellationi cedere patienter. Et paulo infra subiungit: Absolvitur enim vultus quasi latro à quo auferitur funis de collo, qui ad suspendium paratus erat.

Bern. Senensis. 1. 2. ser. 3. 7. c. 2.

12. Audi peccator unum ex melioribus consiliis quæ unquam tibi dare poterit David Propheta regius, & sufficiat tibi regium consilium esse. Dicit ergo: Revela Domine viam tuam, spera in eum, & ipse faciet. Hugo Cardinalis huius regie coronæ cogitationes ita exponit: (Revela in confessione, vel per confessionem, (ut interpretatur sanctus Athanasius; Et postea subiungit Hugo) Domino, id est, vicario ejus, scilicet sacerdoti, unde sacerdos non scit peccatum confitentis in quantum homo est, sed in quantum est loco Dei.) Unde expressè habemus, quod David peccatori confessionem suaserit. Verum, o mi Propheta, vereor, ne pauci futuri sint, qui hoc tuum consilium fiat amplecturi: valde enim difficile esse viderur, quod peccata illa secreta, quæ solus aer patenti

Psal. 36.

vidit, quæq; nemo scit quam solus Deus peccator alteri confiteri debeat. Quod si tamena aliqua inde in peccatore resularet utilitas, inficillitas hæc forsitan non nihil tolerabilis imporraretur. Audi igitur o Chulthiane, quæquæ hæc cogitas, inquit David: Spera in eo, quod scilicet de tibi satisfaciendi possibilitatem, & quod mireratur tui veniam tribuens peccatorum, inquit Hugo; quasi tibi dicere vellet: Huc adis peccator, offendisti Deum: reus igitur es poenæ æternæ. Si tamen confitearis, Deus placabitur, & omnia adæquabuntur. Nihil hoc tibi modicum esse videretur, si, nam Propheta hoc unico contentus non est, sed insuper adjungit: Et ipse faciet. Quid faciet non dicit quid faciet, non hoc exprimit. Scis causam quare illud non exprimat? ut largum habeas campum à Deo petendi, quidquid tibi placeat. Vide ergo quid velis, aut quare vel maxime indigeas, eamque à Deo post confessionem postula: Et ipse faciet illud quod desideras. O Deus Qui peccatorem juxta demerita sua castigat debet, ob respectum confessionis eidem peccator chartam albam consignat, & sequè propitiissimum offert ad implendum omne id quod postulat: Spera in eo, & non in alio: (inquit Athanasius tibi supra.) & ipse sine dubio faciet illud quod desideras.

13. Et ipse faciet. Descendamus obsecro ad aliqua specialiora, & videamus in specie quidnam Deus in beneficium peccatorum contrarium peccata sua facturus sit, aut facere erit. Porro S. Patriarcha Jacob in decrepita senectute sua gravi quadam infirmitate oppressus, indeque se moriturum exilimans, & omnes ad se accessit fecit filios suos, cum quibus omnes præsentibus adessent, singulis scortum, quemnam vixit sui habituri essent exitum, clarè & distinctè prædixit: Judæ autem specialiter majoratum & supereminentiam super cunctos fratres suos est vaticinatus, dicens: Iuda tu præ cunctis fratribus tuis fortunatior exilis, omnes etenim te pleno ore laudabunt, magisque favoris loco reputabit, quisquis te revereri & adorare libere poterit, nullus arbitrii tui nutibus contradicere præsumet, sed promptè semper in omnibus expecteris à cunctis obedientiam: Iuda te laudabunt fratres tui, adorabunt te sicut patris tui: & auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius. (Genel. 49. Animæ vero causam hoc loco desiderarem audire, cur regia hæc dignitas Judæ data fuerit, qui quattogentis erat, ut inquit

Quid Isidorus Pelusiota, & ex Scriptura facta
 etiam clare deducitur? videtur mihi bonum
 hunc fecerit ad illam regiam dignitatem
 dispensandam moveri debuisse vel per iustitiam,
 vel per affectum; si per iustitiam, iam Rubeno
 debebatur, utpote qui primogenitus erat; si ve-
 ro amorem hoc ducebatur, debebatur Iosepho,
 cuius erat Benjaminio, utpote quos velut duas
 oculos suos pupillas tenerim diligebat.
 Revera autem dignitas hæc seposita omni pas-
 sione magis debebatur Rubeno, utpote primo-
 genito, quam cuivis alteri. Forte illum hæc dig-
 nitate indignum esse iudicavit, quia ascendit
 ad hanc partem, & maculam stratum ejus. Ve-
 rum licet hæc fuisset causa, cur Ruben hæc dig-
 nitate exciderit, attamen in hoc casu regie hu-
 jus dignitatis investituram dare debuisse Si-
 monem secundogenitum, & non Judam, qui non
 minus se ea dignitate indignum reddidit, ob ea
 que acciderunt inter ipsum, & nurum suam
 Thamar, adeo ut nullam invenire possim, quæ
 in honorem Judæ milititer, rationem. Subitam
 temporis hujus difficultatis rationem dare
 non possum, ac proinde velim permittatis mihi,
 ut super hæc te non nihil delibrem, interea ve-
 rumquam quandam attendite scripturæ difficul-
 tatem.

14. Filius Dei in litore maris erat, quando
 turbati in navi piscibus onusta bilares e mari
 ad revertebantur ad terram. Videt Petrum,
 & vocat, utque ad piscaturam hominum
 vocat. *Eris homines capiens.* Dicere
 hoc vocem curiosulus posset, cur d. Domine
 Petrum ad hanc dignitatem vocas, non verò
 Andream, Jacobum, & Joannem? Scio qui-
 dem quod omnibus hæc hoc munus deputa-
 verit, nihilominus in hoc præfenti casu omni-
 ad se partialem erga sanctum Petrum demon-
 strat, dum eum solum ad hoc munus præ ca-
 teris vocat. Et quidem ad quodnam piscatio-
 nis genus eum vocatum esse existimatis? San-
 ctus Pater Augustinus dicit: *Idem hoc pecu-
 lium dicitur Petri, quia peculiaris promitteba-
 tur ei, quia piscaturus erat homines veri*
*Evangelio tanquam supremum piscator, ac ve-
 ritatis navi Ecclesie.* O quanta est hæc
 Petri fortuna, nimirum vocatum esse ad regi-
 am navis totius sanctæ Ecclesie, & electum
 ut tanquam caput piscatorum Apostolicorum
 Evangelium tute dirigat: Sed quodnam ad
 hanc prærogativam adipiscendam habet præ ca-

teris excellentis meritum? Quo titulo omni-
 bus aliis est præferendus? Etenim res hæc ma-
 turam considerationem meretur: Sanctus An-
 tonius de Padua causam attribuit confessioni,
 quam Petrus de peccatis suis fecit, quando
 dixit: *Eris à me Domine, quia homo peccator*
sum. Itaque Petre? Adis igitur, quia confessio
 hæc remunerationem meretur. *Dixit ad Si-
 monem: Ex hoc eris iam homines capiens,* quasi
 diceret: Volo ut hæc tua confessio ad sum-
 mam sanctæ Ecclesie dignitatem te evehat:
 hoc specialiter ad ipsum Petrum pertinet:
 Ex hoc quia fuisti humilis (quæ est una earum
 conditionum quæ ad confessionem desideran-
 tem) vitæ tuæ maculas erubescens, confessio-
 nem verecundia non reprimens, sed potius de-
 lecto vulnere remedium quærens, eris homi-
 nes capiens, inquit sanctus Antonius supra
 citatus. Exinde quoque causam intelligitis, cur
 Patriarcha Jacob motus fuerit ad augurandam
 Judæ potius principatus dignitatem, quam
 Rubeno, licet hic primogenitus esset, & am-
 bo quasi ejusdem peccati reatu essent macula-
 ti. Legite caput trigessimum octavum sacre
 Geneleos, ibi namque invenietis, quod Judas
 commissum errorem fateatur, quando di-
 cit: *Iustus me est, quia non tradidi eum Sela-
 filio meo.* Unde sanctus Venecio dicere vide-
 tur: Quia confessus est Judas suum peccatum,
 detur ei & toti tribui suæ sive progenei ex ea
 descendenti dignitas & magnificentia regia,
 seu principatus. Idem ex doctrina Isidori
 Pelusiotæ ubi supra deducitur dicentis: (At-
 vero Judas, qui quartus erat, propter integrum
 iudicium ad rectam sententiam, regiam digni-
 tatem obtinuit. Quonia enim plerique delicta
 sua occultantes alios condemnant, eamque
 quæ stuprum admisit videbatur supplicio &
 cruciatu liberavit: ob eam causam haud inju-
 ria regiam dignitatem est assecutus.) His ad-
 de quod Judas, ut interpretatur Sanctus Hiero-
 nyimus, idem sit quod *Confesso.* Judas
 igitur præ aliis fratribus magnificati meruit,
 quia nomini, quo insignitus erat, ipsis quoque
 operibus correspondit: *Qui autem sua peccata*
confitetur, immortales laudes mereatur, scribit
 quidam Modernus.

15. Deus Optimus Maximus factum & su-
 perbiæ Nabuchodonosoris deprimere vo-
 lens, ut ei liquidè demonstraret potentiam hu-
 manam respectu suæ omnipotentie esse velu-

D. Ant.
 Olyss. ser.
 Dom. 5.
 post Trin.

Gen. 38.

Francisc.
 Mend. l.
 Reg. 7.
 n. 6. sect. 1.
 num. 19.

Handwritten notes in red ink, including the word 'Gen.' and some numbers.

si frondem quandam à vento infestaram, in-
primis ipsum regno exui procurat, vult enim,
ut omnem apud subditos perdat respectum, &
contemptum habeatur, ac tandem ut regiam
suam deserens veluti bestia quaedam sylvarum
incolatum perat, ibique instar bovis gulam
suam sœno expleat, ut lucem solis hominum
que aspectum abhorrens in subterraeos se spe-
cus abdat, aut in sylvis nocte dieque cœlorum
inclementiæ, nivium & frigorum rigoribus,
folisque ardoribus expositus sit, ad minimum
frondis motum vel auræ sibilum, vel leporis
saltum, vel torrentis murmurantis rumulcu-
lum, imò ad propriæ umbræ respectum tanto
cor ejus concutiat terrore, ut sub dameta &
spineta sese defendendum abscondat. Porro
temporis lapsu natura ei ad membrorum cor-
poris cultodiam hirsuti pili vestem procuravit,
qua urso non ab similibus videbatur, forte ne con-
ditioni suæ bestiali pellis quoque bestia simi-
lis non deceret: unguis aded exereverat, ut
aduncis ancipitis unguibus haud esset ab simi-
lis, pedibus manibusque per terram serpens
ambulabat, feræ truculentissimæ in eadem se-
cum specu commorabantur iidem secum spe-
ctari esse credentes, prout extrinsecus esse vi-
debatur. O te miserum Nabuchodonosorem!
Tu qui antea Regum omnium felicissimus e-
ras, nunc factus es omnium bestiarum misera-
bilior: *Ex hominibus abjectus es, & sanctorum ut
bos comedit, errore cœli corpus ejus injurum est,
donec capilli ejus in similitudinem aquilarum
erescerent, & unguis ejus quasi orium.* Danie-
lis quarto. Verum enim verò Deus ille qui no-
bis culpas deferentibus suspendit supplicia, eum
è sylvis revocavit ad regnum, è speluncis ad pa-
latium, ex humilitate brutorum, ad regales
splendores: ex conversatione ferarum ad fami-
liaritatem Principum, à nudâ humo & cœli af-
peritibus ad sedendum in Thronis, & jacen-
dum in lectis eburneis: Ne jam deinceps
infestaretur à ventis, sed naturæ blandimentis
leniretur: nec hirsuta pelle tegetetur, sed ve-
stiretur aurea, argenteaque chlamyde & can-
didâ bysso: non pasceretur herbis & sœno,
sed preciosissimis epulis nutritetur: non agi-
taretur instar bestiarum, sed regis obsequiis affi-
ceberetur, imò ipsomet teste majorem postea
recuperaret magnificentiam, quam unquam
hactenus gavitus fuisset: *Magnificentiâ ampli-
or: dâta est in b.* Verum enim verò qua ratio-
ne fieri potest, ut Deus reconcilietur alicui,

ibid.

qui ipsissima mundi superbia esse videtur
Quomodo damnâ e illata relaxaret quibus ad-
hibitis mediis commoda, divitiis, & magni-
ficentiis ei adaugebit? Responder sanctus
Cyrillus Alexandrinus catecheta secunda
de penitentiâ. *Nabuchodonosori tanta obnoxio
sceleribus peccata cum primum confessus est,
peccata remisit Deus, regnumque restituit. Pro
epilogo igitur & compendio omnium bono-
rum, quorum confessio veluti benigna Mater
est, & Genitrix, cum sancto Isidoro Epis-
copo Hispanensi libro secundo de summo bono,
capite decimo tertio, dicere sufficit, quod
vix peccator confitenti cœpit, cum ecce labio
justificatus evadit: (Ex eo unusquisque ju-
stus esse incipit, ex quo sui accusator excutitur.)
Et ratio est secundum Eugegijum Lugdunen-
sem: *Quia vilis confessio, vilis misericordia.**

16. O quantum gustum, consolationem &
gaudium Deus noster ex iis, quas nos de pec-
catis nostris innumeris confessionibus recu-
pit! Loquantur hac de re pro me sacra Scri-
pturæ diversa loca. Porro Joannis decimo ter-
tio legitur, quod cum Filius Dei in cenaculo
cum Discipulis suis mensæ accumbere,
cum ad Judam convetibus ei diceret, ut con-
ceptam & decretam à se in corde suo sui traditio-
nem acceleraret, nec in ea exequenda retardaret
amplius: *Quod facis, fac citius.* Hec enim
verba hæc à Sanctis Patribus, aliisque expo-
sitoribus variis modis exponuntur. Sanctus
Joannes Chrysostomus ibidem homilia septuagésima prima dicit: *Fac citius, non im-
perans est, nec consulens, sed exhortans,
& provocans ad emendationem, sed cum as-
set inemendabilis, dimisit eum.* Dionysius Car-
thusianus ait: *Hoc Christus dicit non exhortan-
do, consulendo, vel imperando, sed permittendo,
& pronuncian-do.* Sanctus Patet Augustinus ibi-
dem in catech. Divi Thomæ ita explicat. *Non
præcepti facinus, sed prædixit, non iam in pen-
nitentiâ persisti faciendum, quam ad salutem salu-
tium festinando.* Sanctus Ambrosius libro se-
cundo de Cain & Abel capite quarto ait: *Eni-
tur & concluditur, eo quod iam cum Domino
Iesu esse non posset, qui caperat esse cum diabolo.*
Hisce adjungi possent plures aliarum rationum, quæ
tamen ob temporis brevitatem pertinet ad
nam tamen proposito meo convenientioribus
adducam in medium, postquam prius aliam
quandam de eodem, Apostata potius dixerim,
quam Apostolo, vobis proposuero. Ingre-
ditur

congruit hinc temerarius proditor cum militem
 accusat: quod in hocum Geethsemani, ubi A-
 pollux suum erat magistrum traditurus, no-
 chis se rebus obambulando ingerit, quali-
 ter exhorretet sustinere manum scelus adeo
 execrabile parantem. Obviam piensillimo
 Redemptori procedit, factum ejus collum bra-
 chis circumstingit, immundique & excom-
 municans labris suis eum osculatur & tradit:
 hoc namque signum antea mialitris dederat,
 hoc quoque signum: *Quicumque osculatus fuerit, ipse est
 traditur.* Dominus autem videns discipu-
 lum suum uno eodemque tempore ore suo
 mol & toxicum, pacem & bellum, oscula &
 perfidiam deserentem: dixit ei: *Juda osculo fi-
 dum hominis tradis: hoc est, amoris pignore vul-
 so. Nonne tu es charis: ut osculo sanguinem fun-
 das? Expositi instrumento mortem irrogas: in
 qua sanctus Ambrosius in capite vigesimo se-
 culo. Eumverò sanctus Cyrillus Hierosoly-
 mitanus pulchram quandam circa hunc locum
 novae difficultatem, nimirum, cur Christus
 Iulum proprio nomine vocitare voluerit: No-
 tam quidem est, Deum peccatorum nomina
 nominari, ita ut nominare dedignetur. Ua-
 de malicie illa peccatrice veluti ignota dici-
 tur: *Ecce maliter.* De divite Epulone dan-
 tur: *Hic mo quidam erat dives;* & sic de plu-
 rimalis. Num autem in universa terrâ ho-
 miliquis Juda perverfior & scelerator inve-
 niatur peccat? Sufficit dicere quod fuerit tra-
 ditur: Siquidem traditionis sceleri omnia a-
 la, que imaginari possimus, crimina af-
 feruntur: videtur igitur quod illa sanctissi-
 ma, purissima, & mundissima Christi labia
 non eo hominis alicujus adeo perverfi, & ex
 libro vix delecti proferte minime labeuerint.
 At verò alia erat meus Salvatoris: Videtur
 enim Salvator dicere voluisse, o infidelis tra-
 ditur, grave quidem est, quod committis pec-
 catum, utrum tamen nominis tui quo Judas vo-
 catus, quod idem significat, quod confessio, me-
 mor esto, etque opere ipso correspondeto, con-
 fessio & agnoscendo enorme peccatum tu-
 um, quod si feceris, secutum te esse jubeo,
 quod quanta est quam mihi per mei traditio-
 nem utroque injuria, tantum quoque mihi erro-
 rem tuum confitendo conciliabis gaudium:
 tua etenim confessio, in figne erit omnium do-
 lum meorum sublevamen & remedium le-
 natum. Sanctus Cyrillus Hierosolymitanus*

catech. secunda etiam hanc affirmat fuisse
 Chrii intentionem dum ait: *Forme hoc ad ip-
 sum dicit admonens eum per nominis appellatio-
 nem (Juda enim vocatur confessio) ac si diceret:
 Intellige: accepisti argentum, confitere tuo.* Hinc
 est quod qui Christus praevidebat, quod Judas
 eum suum agnitus esset dicendo: *Peccavi, tradens sanguinem justum;* ideo cum qua-
 vis hora ei mille anni illi videretur, donec Ju-
 dam hoc peccatum dolentem proferentem au-
 dierit, & quo, velut apud quaedam Paradisi, haud
 secus ac ex flore amato inextimabilis conso-
 lationis dulcedinem libare posset; Judam in
 concuatio hinc est verbis allocutus: *Quid fa-
 cis fac civis?* Quod si enim Mater Neronis di-
 cebat: *Occidat, modo impe-et,* quasi dicat: Per
 me filio meo licet, ut me occidat, dummodo
 ipse in Imperatorem evadat: mirum non est,
 quod Filius Dei ex longe penitenti motivo, &
 sanctiori intentione simile quid Judae dixerit,
 dum ait: *Quid facis, fac civis,* quasi dicere
 veller, Tamen si propositum Judae impedire
 possem, ut quicquam contra me praevaleret,
 attamen huic meo discipulo libenter permitto
 ut turpi prodicione sua me occidat, dummodo
 postea scelus a se commissum tunc confiteatur:
Confitere tuo. Verum dicat mihi hic
 forte nonnemo, Confessionem Judae non
 fuisse validam; quod eidem haud gravate
 concedo, certum etenim est non fuisse va-
 lidam; sed audite quid inde ad propositi mei
 argumenti confirmationem subinfertur; quod
 si haec mutilata, informis & inconcinna Ju-
 dae confessio Christo aliquod conciliatura
 erat gaudium & satisfactionem; quem inde
 Christus habiturus non fuisset gustum &
 consolationem, si valida, & secundum om-
 nes ad confessionem bonam requisitas cir-
 cumstantias integra & legitima fuisset? vos
 idipsum prudenti vestro arbitrio conjicite,
 ego interea ut ad id vos capaciores efficiam,
 ad id servientes adaptabo scripturae locos.

17. Filius prodigus in calamitosissimum sta-
 tum redactus erat, exenuatus in omnibus cor-
 poris membris, in vultu pallidus & macilentus,
 & ob perpellos labores toto corpore rigi-
 dus, denique ob famem, qua vehementer affli-
 ctus fuerat, velut quaedam ex ossibus, pelle, vel
 cute obductis constans catastrophe, sub me-
 ridiem infra quercum reclinatur, porcis glan-
 dibus se patientibus invadebat. Vix e seruis
 attri-

Matt. 27.

Cel. Rod. 13. c. 5. f. 77.

Handwritten notes on the right page, including the word "Filius" and "prodigus" written vertically, and the number "25" written horizontally.

atritisque & laceris vestibus tantum ei suppetebat, quod nuditati suae obregenda sufficere potuisset. Quaque versum circumspiciebat, dumque se ipsissima videret mendicare pauperiore, libenter ad mirigandum cordis dolorem plorasset, vetum dolor hic adeo vehementer erat, ut pectus occupans omnem lachrymis aditum obrueraverit, quo minus eo usque pertingere possent, ut sese per oculos in genas usque effunderent. Millies ei in mentem venit cogitatio de repetenda domo paterna, ea spe ducto, quod in ea saltem ad manus mercenarii obeundum foret admittendus, verum tamen debilitas ex multis involuntariis jejuniis & inediis sibi conciliata reditum desperare cogebat:

Luc. 15. *Cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant.* O infelix homo! Potestne quid amplius de eo dici? poteritne calamitas aliqua major de alio quopiam audiri aut recenferi? Tandem seipionis sui sulcero, cui in nitentur confusus, omnino pro repetenda paterna domo extrema attentare decrevit: *Padam ad Patrem meum*; ac paulatim post multas itineris molestias suum est propositum executus; mox autem ut post millenas fatigationes, aliasque miserias, nativam patris domum ingressus fuit, quantumvis ex nimia perpessa inedia miro modo in vultu esset transformatus, attamen a patre suo agnitus fuit, qui ex conservata in se ea, quae patris est propria, pietate motus obviam, ei excurrit, filiumque pedibus suis advolutum videns, amplexibus stringit, demulcet osculis plane paternis: *Cecidit super collum ejus, & osculatus est eum*: Sanctus Petrus Chryzologus & Dionysius Carthusianus ibidem articulo trigesimo octavo voluit filium prodigum hoc patris sui osculum labiis suis accepisse impressum. *Osculatur os filii*, idemque os Chryzostomi aureum confirmat. E hem quid facis o pater? Tunc oscularis labia illa immunda & lurida quae adhuc ex sensualitate & libidine ejus fœrent; ori illi os tuum applicas, quod melioris conditionis non erat, quam porcorum; siquidem alio non pascabatur cibo, quam glandibus & siliquis? Cur non potius frontem aut genas ejus diluayiaris? Patres supra citati nullam ejus aliam rationem adferunt, nisi quod os illud osculatus fuerit, unde verbum illud (peccavi] emanaverat, de quo dicit sanctus Ambrosius: *Hac est prima confessio apud auctorem naturae. Etsi Deus novit omnina, vocem tamen tuam confessionis expe-*

D. Amb. lib. 7.

Etat. ore enim confessio fit ad salutem. Quam sanctus hic Pater diceret: Os illud è quo egredita est talis confessio, millena meretur oscula: *Osculatus est eum.* Benedicta igitur estote dlabia, vos etenim rosae estis, quae sanctitatis odorem spiratis. Os confitens est consolationem, quibus Deus afficitur, oriens: *Peccavi in oculum & coram te*, quid ad majorem Dei consolationem efficacius esse poterat? *Peccavi*, breve quidem est hoc verbum, illud ipsum est nostrae salutis unica origo. *Osculatur os filii*, per quod *missa de corde confessio patitur in eis exarata, quam pater laetis excepit.* Huic gaudio etenim sicem abunde facit vestis, annulus, calcamenta, convivii, & musicæ magnifici apparatus festiva turtus domus paternæ gaudia: *Ingenio illum induens vestim. etio in manu ejus annulum imponens diem festum agens, magnificumq; ac splendidum convivium celebrans,* inquit Gregorius Nyssenus (in eos qui alios judicant.) Quod Poeta quidam considerans, peccatoribus confessionem efficaciter persuadere et conatus, posito eis ob oculos egregio filii prodigi exemplo, ita enim canit:

*O mortales referate sentum
Vera fatendo: pro dote cupas.
Resor Olympi
Nescit in iras surgere, quando
Animo sa pio lingua revulsa
Crimina sen, u tecta fatendo.*

Quisnam hominum id unquam credere possent? Omnia etenim peccata, quae peccato adhaerent dotis pedes prostratus confiteretur, in totidem Deo decantatas laudes transmutantur. Omnes quae in Deum committuntur offensa, omnes maledicentiae & blasphemiae, postquam in confessione cum dolore exprimuntur, sunt paenegyrici, id est, tantam Deo complacentiam adferunt, ac si eum totidem sacrificiis glorificamus, haud secus, ac si quodvis peccatum confessum quaedam esset Deo oblata, eiq; supra omnem modum grata & accepta victima. Audite quid David peccatori dicat: *Immola Deo sacrificium laudis*; Hebraeus legitis *acrificium confessionis*. Quia confessio nil est aliud, quam vera laus quaedam. Unde sicut ex contemptu displicentia nascitur; ita ex laude Deo consolatio conciliatur. *Nosce enim confessio est laus divina, quasi semper hac duo laudatio divina & humana confessio conjungantur.* Franciscus Meadoza tom. 2. in primum Regum sexto. n. 5.

18. Tab.

18. Tandem primam hanc partem quadam
valde ingenui Eusebii Emilei & Sancti Jo-
annis Chrysostomi, ponderatione terminemus. E-
rit enim cum Unigenitus Dei Filius in horto
Gethsemani magno dolorum exercitu circum-
datus, & angustias consisteret, nec tunc ei ob-
versabantur omnia, quæ in universa passione sua
ei evenitura erant, omnes namque culpas no-
stras committibus paulatim appropinquantem,
Patrem suum æternam aduersus pecc. coresira-
tum, rictus suos ab intensa quadam ag-
onia penetrari sentiebat, jamque languis e
fronte in pectus guttatur indeficienter decidens
contumax a motus nuntius angustiarum esse de-
monstrat: adeo ut Pater æternus ei compari-
ens, Angelum quandam ad eum miserit qui ni-
hil a quæ amaritudines nonnihil indulcoraret,
cum consolando & consolando: *Apparuit illi
Angelus de calce confortans eum.* Porro hanc
scripturam sentiri ad partem relinquamus, &
nam interea in Calvarie montem, si ita libet,
conducit. Certum itaque est, quod dolores,
quod dem in albero Crucis ligno suspensus ha-
bit, percellens est proflus incedit hies fuerit, si-
quidem & flagelli confecta & confecta erant
omnia corporis membra, caput spinis perfora-
tum, manus pedesque perforatae, morieba-
tur nimia scis vehementia, blasphemaba-
tur, à Matre præ dolore compassionis
labante affligebatur, os ejus amaritudinis in-
credibili imbucum erat, ex felle & aceto inter se
commixtus, derelictus erat a suis, & contemptus
a omnibus: uno verbo, dolores ejus tanti erant,
tamque vehementer intensi, ut dicere sufficit,
quod qui eos prævidit Propheta, eosdem infer-
ri dolores comparaverit: *Dolores in sermone cir-
cumdiderunt me.* Inter totam tantamque
curam a Patre exposcit auxilium, quo aliquam
et consolationem indulgendo subveniat: *Eli
Lama sabothi, quod est interpretatum
Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?*
Nec tamen expetitur æternum Patrem aliqua
erga ipsum compassionem commotum, aliquid
ei submittere consolationis subsidium. Confe-
ramus hæc duas Scripturas ad se invicem, vi-
deamus quantum inter se distideant, & unde
hoc proveniat. In horto Gethsemani dolores
Christi ad excessum non erant, ac proinde
nullum quoque a Patre suo refrigerium popo-
sit, & tamen æternus Pater consolationis causa
Angelum ad eum miserit: In Cruce autem an-

gustia mortis incomparabiliter majores erant,
quàm in horto; supplicare etiam pro uide Patri,
ut vel stillam aliquam cælestis consolationis ad
eum mittat, & nihil penitus obtinet. Unde
tanta oritur aduersitas? Num forte Filius sui Pa-
ter oblitus est? Aut qui sit, quod in horto adeo
sefe liberalem, piump atque benignum, in Cruce
verò adeo parcum, durum & omnis paternæ
pietatis oblitum exhibuerit? Ut ad hanc dispa-
ritatem melius intelligendam capaces vos red-
dam, aliquam in medium adducam similitudi-
nem: vos illam attentè velim auscultetis.

19. Quando Hybernis rigibus recedenti-
bus, juvenillimum & ridens ver floribus re-
dimutum super herbosis amœni Aprilis tapeti-
bus seu petilromatis pedem suum figit, jamque
de aurea aurora claritatem matutini diluculi
cum cæruleo cæli colore commiscens, diu na-
tales in ævis tela delineat, solitudo inter densa
cujusdam sagi virentia folia sedentis nobilissimæ
Lusciniæ cantu exultabunda perfuritur, dum e-
nim in sepe quadam spinis floribusque implexa
& intertexta actualiter Lusciniæ mater parturit,
ejusdem chara sodalis ad temperandas locia
angustias atque dolores in suavissimas cantilla-
tiones prorumpere incipit. Et quidem primos
garritus graviter submurmurando orditur, po-
stea verò harmoniæ texturam filo cantus ele-
gantissimè prosequitur. Etenim fauces illi sca-
la loco deserviunt, per quam vox gradatim lu-
brico quasi pede descendens mox libero iterum
pressu agilis sublevarur in altum. Quasi qui-
dam nemorum Orpheus, & sylvarum suavis
Amphion habet pro lyta pectusculum suum,
pro choris gutturculum, pro plectro linguam,
hæcque instrumentis musæis vocem suam mille
modis peregrino proflus stylo distinguit, hanc
nunc in planum edit, mox vertit & revertit,
volvit & revolvit, demittit & elevat, exprimit
se verè, & sensim reprimat, idque tanto cum ar-
tificio, ut ad dulcis melodix suæ donum venti
& auræ obdormiscere & quiescere videantur.
Ab affectibus quos exprimit, haud immerito
censere quis posset suavissimam Lusciniam in-
ter purificarum & argento quovis magis sono-
rum guttur suum habere, & insonare citharam,
testudinem, organum, chelya, & fistulam:
quisquis nobilem hanc garrulam cantillantem
inaudit, eam vocem quandam credit esse pen-
natam, vel sonum volantem, vel quandam plu-
mis amictum excellentissimum musicum, qui
tandem amabili suo loquendi modo, & sacunda

harmonica amatae confortis suae parturientis dolores & angustias mitigare & temperate appetitum novit. Unde ex eruditissimis nonnemo occasionem sibi vendicavit, emblema quoddam effigendi, illudque haec subnexa epigrapha vivificandi: *Modulatur parturiva*. Dolentissimus & afflictissimus Redemptor noster in horto Gethsemani neminem habebat, qui ad mitigandos acerbissimi Martyrii sui vel dolores vel minimum illi sublevamen suggereret, ac proinde Pater aeternus Angelum quendam caelitus ad eum misit ut hic esset confortans eum. Postea vero dum in monte Calvariae in Cruce pendulus haeret, jamque nos in statum gratiae patiendo emixtus esset, prout S. Petrus Apostolus insinuat, dum ait: *Quasi modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite*. i. Petri. *ibi vere dolores ut parturientis*, Psalmo quadragesimo septimo, perlesisse credendus est. Nec tamen mirandum est quod Pater caelestis nullum ei ibidem submisit consolationis levamen, siquidem latro ibi fuerit, qui fuscitate manus adimpleas dulcissimae cantillabat: Nuncquid eum dicentem auditis: *Nos quidem digna factis recipimus*, quae verba speciem quandam confessionis praeseferant; quid mirum igitur, si Pater aeternus nullum ei insuper miserit solatium? Haec enim verba ad mitiganda tormenta sua, suosque attemperandos dolores abunde sufficiebant: *Gloriosa voce* (inquit Eusebius Emilianus) *praesentis temperat cruciatu*. Et Sanctus Joannes Chrysostomus apud Hieronymum plac. in mylt. vii. metam. 5. *Ab Angelo descendente de caelo confortatur Christus in horto, a laerone pavente Christus confitatur in Cruce*. Et tamen licet Confessio adeo sit necessaria ad salutem, licet etiam tantam nobis conciliet utilitatem, Deoque nostro adeo sit accepta & grata sunt tamen nonnulli, qui nunquam confitendo eandem protus negligunt; sine aliis, qui eam, quoad possunt, diutissime differunt & suspendunt. Sunt denique non pauci, qui eandem mutilant, debitas non oblitendo circumstantias vel conditiones, quae ad legitimam Confessionem requiruntur, confitendo potius per modum ceremoniae, vel ex aliqua consuetudine, non vero pro adaugendo animae profectu, vel ad eam sanitati restituendam. De his autem in secunda parte agendum erit. Vos interea pauperum memores, si leemofynas iisdem distribuite, donec non nihil respiciavero,

20. **C**onfessionum quae ad bonam & validam confessionem requiruntur praecipue sunt sedecim sequentes, à Sancto Thoma habita verbis assignatae:

Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, discreta, libera, verecunda, Integra, secreta, lacrimabilis, accelerata, Fortis, & accusans, & sit pariter parata.

Quarum aliquas obiter tangemus. Debitur esse *simplex* sine ornatu, vel multiplicitate verborum superfluatorum, absque ulla memoratone earum rerum, quae ad Confessionem non pertinent. *Humilis*, ut scilicet poenitent cognoscat humilem conditionem suam, confitendo quod ipse, utpote vilissimus terrene vermiculus per peccata sua bellum Deo movere praesum pserit. *Pura*, id est, cum recta intentione fieri debet, quae scilicet directa ad debitum finem. *Fidelis*, ut poenitens sincere procedat, sique ab omni fallitate alienus. *Frequens*, id est, ut non infrequentat Confessio secundum praesentis temporis usum, observando praecceptum Ecclesiae quoad Confessionem in rigore, semel dumtaxat in anno confitendo & non amplius. *Nuda*, & sine obicitate verborum, sed per verba intelligibilia & clara. *Discreta*, culpatum graviter prudenter confitendo. *Voluntaria*, quae actus virtuosus & meritorius cum concitu voluntatis fieri debent, & non cogit. *Verecunda*, peccati cupidinem exhorrescendo, & absterrendo de peccato commissio. *Secreta*, quae in Confessione tractatur de negotiis occultis ad conscientiam pertinentibus, eaque alias revelare est tantum Sacramentum violare, & iniuria officere. *Lacrimabilis*, corde saltem, si non oculis ostendendo discipulorum & dolorem conceptum propter Deum offensum. *Accelerata*, id est, non dilata de die in diem, de mense in mensem, vel etiam de anno in annum. *Fortis*, adeo ut poenitens non se sinat superari à verecunda, vel ab alio motivo, ad omittendum peccata, vel eadem sub silentio, & abscondenda. *Accusans*, ut Sacerdos tanquam minister Sacramenti iudicare possit, & illam poenitentis satisfactionem imponere, quae ei ob culpas suas debetur, semetipsum, non vero alios accusando. *Rompita*, vel parata ad obediendum & exequendum omnia ei a Sacerdote imposita.

21. Et omnibus autem prædictis conditionibus dicitur rangam, utpote quas peccatores facilius transgredere solent; præcipue verò quoad accelerationem confessionis, sunt enim qui quoscunque eundem est ad confessionem, ad mortem concedere videntur. Nolo quidem dicere quod homo mox ut peccavit, subito ad salutem sit necessarium; sed potius cū S. Thoma ubi supra. qu. 6. art. 1. docemus, quod quocumque statim omnes de suis dolere peccatis tenentur, de necessitate tamen salutis non est, ut peccata sua confiteantur, sed habita copia Confessione. Et statim ab Eccl. propaniscentia temporaria. Veniat enim quis est qui certo scire possit, an post peccatum eoque victuri simus, ut ad tempus in Ecl. Dei Ecclesia stabilitatem pervenire valeamus. Nāquid enim quod die mul- tum in penitentia morte interire videmus? Atque idem vobis fratres, quanto citius ut confiteamini sua- deo quam primum scilicet id vobis possibile & omnino datum fuerit. Et enim confessionem illo- rum que ad ultimum usque vite terminum dif- ferunt, quando homo non confitetur non potest, nisi quando confitetur non potest, valde ranquā invidiam & illegitimam suspectam habeo. Unde Scripturam quandam id satis clarè in- sistunt. Josue cap. 7. legitur Deum adversus exercitum Josue graviter indignatum fuisse: *Et ait Dominus contra filios Israel.* Ratio autem huius est: Dei erat, quia peccavit Israel *Et prava- ricationem est pactum meum.* Quasi diceret: Nolo decipere vobis amplius assistere, donec eum, qui prava rictus est pactum meum, castigaveritis, atque id eo quocumque eoque; commissuri estis præ- lationes vestros victores futuros esse con- fitearis. Et proinde Josue dixit: O Domine, hoc michi dignare facere gratiam, nimirum spe- ciale michi eror commissus manifestetur, nec uno & persona delinquentis, & nisi tunc debitā sumptio de prava rictione vindictam, de nu- mero servorum tuorum me deleto, & liberè de me lamentator, quia non ero Josue tuus nisi hoc fecero. Cui Dominus respondit: Quod ad de- lictum attinet, illud sufficenter ex ipso sumet de- linquentis ore intelligere poteris, hic autem de- predicti a te modo sequenti poterit. Mittito pri- mo sortes super quolibet tribu, postea sortes ja- ctas super quamlibet tribu illius familiam, post- ea super quamvis illius familiam domum, deni- que super quamvis ad illam domum pertinean- tem personam, sic enim infallibiliter deprehea- des transgressorem. Scribit igitur Josue pri-

mo homina omnium tribuum, ex iisque in unam unam coniectis chartulam sortis ex- trahens, in eadem tribum Juda scriptam esse invenit, ex qua videlicet transgressio: prognat- us erat. Deprehensa tribu sortem jacuere super familias, & educeitur familia Zare, ad quam delinquens pertinebat: Cognita jam fa- milia, iterum cœpit extrahere sortes domuum, & venit domus Zabdi, ad quam spectabat ma- lefactor. Tandem verò fortioritur patri ratio- ne quoad personas domus illius, & extrahitur nomen Achan filii Charmi. Quem mox ac- cessum faciunt, & coram facie sua constitu- tum interrogant: Quid fecisti? Noli turbari sed liberè confitere: *Confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas.* Qui mox se nihil fecisse respondit: Cui Josue & Seniores: Nihilne ô scelerate? Nihil ô Domini, inquit Achan, nisi quod ex certis panis eriperetur pallium coccinum valde bonum, & ducentos siclos argenti, & virgulam quandam auream quinquaginta siclorum, hæc inquam sustuli, quia is indigebam: *Verè ego peccavi Domino Deo Israel, Et sic & sic feci.* Acceptis igitur Josue pallio, siclis, & virga coram se & secum congregatis accessum fecit filios, filias & pecu- des, imò & ipsūmet Achan, ejusque taberna- culum, vinctamque ejus suppellectilem addu- ci voluit, & homines quidem lapidari, cætera verò igne cremari iussit. O rigor ingens: ô ni- mis severa Iustitia! Et tamen juxta præceptum Josue peccatum illud furti Achan confessus fuerat: Verum quidem hoc est, sed quando? quam potuit tardissime. Non tamen ullam mereri veniam debuit, quia videlicet confessio ejus nimis tarda fuit: inquit Rup. lib. 1. in Josue cap. 21.

22. Atque idem Dæmon nihil adeo sollicitè molitur, quam ut nos mutos efficiat, ut hac ra- tione Confessionem vel impediat, vel saltem differri faciat. Et enim de quodam S. Patre legi- tur, quod Dæmoniacum quendam per exorcis- mos adjurando, eundem, quot in corpore spi- ritus essent, & quibus hi appellarentur nomini- bus, interrogavit. Eique mox à Dæmonibus responsum fuit: sumus tres fratres, & quili- bet distincto fungitur officio. Primus nostrum vocatur *Claudens cor*; secundus, *claudens os*; ter- tius verò *claudens mar sapium*. Primus dicebat, meum officium est cor peccatoris claudere, ne e- liciat, aut elicere possit contritionem. Secundus ajebat: Meū munus est os claudere, ne peccator confiteatur. Tertius denique subjunxit: Mea

In Thesau. post. Dom. 3. Quadr. serm. 1.

occupatio est, quod claudam peccatorum marsupium, ne satisfaciant per restitutionem iniquè paritorum. Et revera ita fit, nam peccatores in hisce tribus punctis à Diabolo se vinci permittunt, ut scilicet cor, os, & marsupium ipsorum occludat, dum eos confessionem vel profus negligere, vel saltem differre procurat. Et quando aliud efficere nequit, peccatorem saltem ad minus mutum facere nititur, ejusque os claudit, ne aliqua saltem peccata confiteatur, sed ex verecundia vel ob alios respectus humanos eadem omittat: *Deneccitate confessionis est, quod homo omnia peccata confiteatur, qui in memoria habet, quod si non faciat, non est confessio, sed confessionis simulatio.* inquit Doctor Angelicus D. I. homas ubi supra quæst. 9, art. 1. Porro Dæmon, qui os peccatoris claudendi officium habet, ut Sanctus Chrysostomus tradit, hac utitur astutia. Cùm enim Deus peccato verecundiam velut individuum comitem adjunxerit, confessioni autem spem afficiat: *Quid facit Dæmon? Is optimum hunc à Deo statutum ordinem suscipit deque invertit, inducens peccatum veste spei, nam dum malum nobis persuadere nititur, repræsentat nobis ob oculos divitiarum misericordiam magnitudinem, fragilitatem item humanam, cui Deus compatitur & similia multa: ubi verò peccatum perpetratum fuerit, vestit confessionem pallio verecundia, tuæque menti suggerit, quod confitendo illud, magnum tibi crees honoris & reputationis tuæ præjudicium, cò quod Confessatus*

nunquam hæcenus credidisset te adeo graviter enormia commisisse peccata, qui proinde condallicabitur, aut absolutionem tibi impetiri non poteris, vel certe detreclabit, & alia similia. *Pudorem & verecundiam Deus dedit de peccatis, confessioni fiduciam: Invenit veni Diabolo, & peccato fiduciam præbet, confessioni pudorem & verecundiam.* Ita Sanctus Chrysostomus homilia tertia de penitentia. Non quidem tibi, o peccator, prohibetur in confessione verecundia, hæc tamen talis nequam esse debet, quæ ad similem te facinationem inducat. *Carreat,* inquit Magister Sententiarum lib. 4, dist. 26. *no dicitur peccator verecundia dicitur Confessio nem.* De certo quodam pisce maris, qui scolopendra, vel ab aliis Centipedes dicitur, scribunt Naturalistæ, quod dum escam per guttam trajicendo sentit, se cum illa hæmorrhæo quoque deglutivisse: *Omnia viscera simul cum hæmo evomitione ejiciat, & sic ab hæmo liberatur.* Enim verò quod si à lenitate illius mundanæ alicujus delectationis escam deglutendo, nos quoque ab hæmo simul capti esse pertamur, teste Sapiente, dum ait: *capiti præ capitur hæmo, sic homines in tempore malæ, excellunt tunc est, ut omnia & singula peccata nostra confiteamur, ita ut nulla prioris culpa in anima nostra remaneat: Nulla sit culpa intus latens, quæ foras per confessionem non exeat.*

S E R M O XVII.
IN FERIAM SECUNDAM
DOMINICÆ III.
QUADRAGESIMÆ.

Quanta audivimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua. Lucæ cap. 4.

Obligatio qua quilibet homo erga patriam suam obstringitur, ut ei se gratum, & beneficium semper exhibeat, adeo est magna, ut eam Magnus Demosthenes de monst. exorat. de coro. civ. comparaverit gratitudinis vinculo quo Patri & Matri obstricti sumus: *Arbitratur ingenium quisque, non Patri & matri solum esse suum, cor-*